kowski et Catherina Malinowska coniuges ipsoque quidem Cathe-
rina cum mariti sui assta et authoritate sani mente et corpore exi-
stens palam ac libere recognouerunt. Quia Nobili Hedwigi Warpe-
chowna relictae olim Matthiae Olszanski tenentur suntque debiti certi
veri ac liquidi debiti mutuatique pecuniae Summam Octoginta
florenorum Polon. Et tandem pro festo Sanctae Margarethae
Virginis proxime futuro submittunt se soluere sub vadio simi-
li et peremptorie coram officio praesenti responsione ac satisfacti-
one omnibus iuris remediis et defensis legalibus quibusque impe-
dimentis etiam de iure concessibilibus se rei abrenunciando.

Falkowska Kostro Quietationes.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen. personaliter com-
parens Nobilis Jacobus olim Petri Falkowski et Catherina Ma-
linowska coniuges, ipsoque quidem Catherina cum mariti assta sana
mente et corpore existens palam recognouit. Quia Nobilem Catherinam
consortem Nobilis Jacobi Falkowski de vulneribus sibi per ipsum
illatis tum et processu eo nomine obtento ob satisfactionem qui-
etat emittit et processum totum cum poena Banitionis cassat.

Coram Officio praesenti Castrensi Branscen. personaliter comparens
Nobilis Hedwigis Warpechowna relicta olim Matthiae Ol-
szanski sana mente et corpore existens palam ac libere recognouit quia
Nobilem Catherinam consortem Jacobi Falkowski de vulneribus sibi
per ipsum illatis tum et processu eo nomine obtento ob satisfactionem
quietat emittit et processum totum cum poena Banitionis cassat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Branscen. personaliter
comparens Nobilis Gregorius olim Joannis Mariszewski de Zopie-
nie bonis sanus mente et corpore existens palam ac libere recognouit
Quia sibi Nobilis Andreas olim Georgii Kostro ex obligatione bonorum
in haereditate Zopienie quibus consistentiis sibi recogniti per olim pa-
rentem eius inscripta Centum quinquaginta florenos polon. persol-
uit, ideo ipsum quietat Inscriptionem cassat et inscriptione [illegible]
ipsis obligamentum cassat ac de bonis condescendit. Haec sua perso-
nali recognitione in praemissis mediante.